

exsecrandis non coniugiis, sed colluvionibus suis postulando et supplicando auctoritatem vel meditationem^{t)} religiosorum principum adquirant³¹⁷. Quod absit a fidelibus et ministris regni Christi principibus, ut cuiusquam improbitas eorum interdictis vel interventionibus adiuvetur, cum leges Romanae et christianissimi illorum temporum imperatores manifestissime et iustissime censuerint eos, qui iniustis et fraudulentis petitionibus et maxime in tali causa principales aures inquietaverint, et indulto beneficio carere et insuper exsilio deportari et filios, qui ex huiusmodi ignominiosis et adulterinis coniunctionibus fuerint procreati, nequaquam legitimos deputandos nec hereditatis successione honestandos³¹⁸. Obsecramus igitur mansuetissimam tranquillitatem vestram, christianissime et gloriosissime princeps³¹⁹, ut preces et supplicationes nostras, quas pro ecclesia dei et sanctificatione^{u)} atque honore corporis Iesu Christi, domini et salvatoris nostri, deferimus, clementer audiat, prompta devotione suscipiat et insitae religionis affectu ac zelo strenue atque sollicite effectui mancipetis. Nec reprehendendam iudicetis curam et solertiam pusillitatis nostrae, quod haec deo protegente non ubique, sed in plerisque regni huius partibus contagia funesta grassantur. Quia nobis, licet indignis et minimis, et exemplo apostolico cura debet incumbere omnium ecclesiarum et omnino vigilanter admonenda et praedicanda sunt ista, etiam ubi non fiunt, quoniam et ante venenum est adhibendum antidotum et vulnus, dum adhuc crescendo male proficit, vel resecandum est vel curandum. Oramus itaque et imploramus a vobis auxilium, quod illi sine dubio debetis, cuius munere floretis atque polletis, ut tres ecclesiae ordines, immo triplex agri divini fructus³²⁰, videlicet tricesimus,

t') *Konjektur Bu* mediationem.

u') sanctificationes *Bu*.

317) Zu einem möglichen aktuellen Bezug siehe oben S. 490f.

318) Vgl. dazu *Meaux-Paris* 845/46 c. 64 (*MGH Conc.* 3 S. 115), wo bestimmt wird, dass Kinder aus Verbindungen von Entführern und Entführten keine kirchlichen Weihen erlangen können. Vgl. dazu auch ebd. Anm. 193.

319) Siehe oben Anm. 71.

320) Vgl. zu dieser Auslegung von *Matth.* 13,8 und *Marc.* 4,8 auch *Hieronymus, Adversus Iovinianum* 1 (*MIGNE PL* 23 Sp. 213B–214A) und *Opus Caroli regis contra synodum* 3,13 (*MGH Conc.* 2 Suppl. 1 S. 387). Zur Interpretation des Gleichnisses vgl. *Matthäus BERNARDS, Speculum virginum. Geistigkeit und Seelenleben der Frau im Hochmittelalter (Forschungen zur Volkskunde 36/38, 1955, 21982)* S. 42–44. *Hieronymus, Adversus Iovinianum*, wird von *Florus von Lyon* zitiert, vgl. dazu *ZECHIEL-ECKES, Florus als Kirchenpolitiker (wie Anm. 34)* S. 207 und *CC* 260 S. 401. *Hinkmar* benutzt die Zahlensymbolik in der *Explanatio in ferculum Salomonis (MIGNE PL* 125 Sp. 825C–D) ohne Bezug auf die Bibel.